

Evangelista in referendis Christi verbis, ordinem non semper observant, ut notavi in principio hujus capituli, Et ita haec verba forsitan post orationem Dominicam dicta fuere, ut refert Lucas cit. c. 11. n. 8.

44. Dominus dat nobis ad petendum confidentiam.

Cajetan.

Tertull.

Isai. 65. Quae a Deo sunt ex alio consilio veniunt.

45.

August. Oratio iusti elavis cali.

das vires, quibus praecipua Dei impleamus: Quaeque ad inveniendam veritatem: Pulsate, ad aperendum caelum, quod est nostra patria, & possessio. M. I. id tamen accommodatior explicatio ejusdem Augustini lib. 1. Ret. act. cap. 19. D. Chrysostomi, Abulensis locis cit. Toleti in Lucam, & aliorum. Q. d. haec tria verba idem significant, scilicet orationem instantissimam, fervore, constantia, ac studio plenam, quae a Deo absque ulla intermissione necessaria quaerimus. Ita ait Augustinus. O. erosè, ait, tria ista, quod inter se differant, exponendum putavi, sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, ubi eodem verbo eundem conclusit, dicens: Quanto magis Pater vester dabit bona petentibus, & querentibus, & pulsantibus. Dona enim, Dei cum sint valde pretiosa, non vult Dominus, ut nimia inventendi facilitate vilescant, & ideo sedulum, ac sollicitum negotiatorem requirit.

Matth. 7. n. 9. Aut quis ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Ibid. num. 10. Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?

VERSIONES.

Varabls. An quisquam est ex vobis homo. Syriacus. Sed quis est vir ex vobis, &c. Alius. Et si piscem petierit, nunc colubrum porriget ei. Arias. Nunquid, serpentem indicet ei.

ALTER TEXTUS.

Luce 11. n. 10. Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Ibid. num. 11. Aut si petierit ovum, nunquid porriget illi scorpionem?

EXPOSITIO.

MAGNAM securitatem accipiendi, & qualitatem rei accipiendae nobis Dominus hic declarat, ut notat Cajetan. Et utrumque nobis aperit, ac manifestat similitudine, ac metaphora carnalis parentis, quando filij ab eo petunt panem, vel piscem: nam, utpote pater, non potest claudere viscera; & petenti filio panem, pater non dabit lapidem inutilem, nec petenti piscem, dabit serpentem noxium. Ex quo duo

46.

Chrysof. Gregot.

Remig.

Gregot. Abulens.

August.

TRIA verba hic ponit Evangelista maxime notanda. Petite, quaerite, pulsate. D. Chrysostomus homil. 24. & D. Gregorius lib. 6. indictione 15. cap. 197. ita explicant: petimus orando: quaerimus legendo, ac sacrae scripturae lectioni incumbendo; pulsamus, quod non solum fit voce, sed etiam manibus, id est, operibus. D. Remigius. Petimus orando, quaerimus recte vivendo, pulsamus perseverando. D. Gregorius etiam ut refert Abulensis quass. 12. ita explicat: Petite fide, quaerite spe, pulsate charitate, his debet esse oratio communiter, ut sit efficax. D. Augustinus lib. 2. de sermon. Domin. in monte, cap. 2. Petite, ait pertinere ad exoran-

duo considera. Primo securitatem impetrandi, quia postulamus a parente nostro. Secundo qualitatem rei accipiendae, porrigit nempe, id quod est utile, & necessarium, ut exprimit metaphora panis, & piscis. Et ideo Deus aliquando nostra postulata non concedit, quia petimus id quod est inutile, & nocivum, & si illud nobis dedisset non praeberet panem necessarium, & utilem piscem, sed rem inutilem, atque nocivam. Palchre autem panem opponit lapidem, & pisci serpentem ob nimiam persimilitudinem, quam habent inter se. Per panem, & piscem communes cibi materiales intelliguntur. Tamen de eorum sensu morali ait Chrysof. homil. 24. & D. Thomas hic per panem intelligit ecclestem cibum, scilicet Christum Dominum in Eucharistia. Et qui talem panem petit, promptissime impetrat a Deo suo postulata.

Chrysof. D. Thom. Qui Eucharistiam desiderat, omnia impetrat.

QUESTIO X.

Quare saepe postulata non impetremus, cum Dominus hic dicat: Petite, & accipietis?

48.

Abulens.

49. Prima conditio.

D. Thom.

2. Cor. 5. Suarius.

D. Thom. Secunda conditio.

Chromant. Basil.

Joan. 15. Tertia conditio.

Basilius.

Luc. 11. Quarta conditio.

Basil.

CHRISTUS Dominus hic fecit promissionem: Petite, & accipietis; & tamen multa petimus, quae non impetramus a Deo. Et ideo ad obtinendum per orationem, notat Abulensis quass. 15. quod quatuor conditiones hic opponuntur ad orationem, quibus intervenientibus orans impetrabit petita. Primo, ut pro se petat. Secundo pie. Tertio perseveranter. Quarto de necessariis ad salutem, quas conditiones latius explico, & colligo ex textu.

Primo, ut pro se petat. Innuitor in textu: Accipietis, invenietis, aperietur vobis. Et sermo est hic de merito de condigno, quia unus non potest alteri mereri suam beatitudinem de condigno, ut docet D. Thomas 1. 2. quass. 114. art. 6. & 2. 2. quass. 83. art. 15. ad 2. quod ibi late omnes Theologi explicant. Unusquisque referet propria corporis, prout gessit: sive bonum, sive malum. 2. Corinth. 5. num. 10. de his late agit Suarius lib. 12. de gratia, cap. 16. a num. 3. Alier dicendum de merito de congruo, quo unus poterit alteri multa supernaturalia impetrare, ut docet D. Thomas citato art. 6. Secunda conditio: Pie, hoc est, ut fiat oratio in fide, spe, & charitate, ac cum observatione mandatorum Dei, ut notant Chromantius, Chrysof. homil. 24. Et ita dixit Christus Dominus, Joan. 15. num. 7. Si feceritis, quae praecepimus vobis, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. Tertia conditio: Perseveranter, ut indicant tria illa verba: Petite, quaerite, pulsate, ut dixi in expositione. Quarta. Quod optime probat D. Basilius lib. de constitutionibus Monasticis, cap. 2. exemplo illius amici, petentis tres panes, de quo ait Christus Dominus. Si perseveraverit pulsans. Dico vobis, nisi non dabit illi surgens, eo quod amicus ejus sit, propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi, quoniam non habet necessarios. Luc. 11. num. 8. Quarta, & ultima conditio. Ut petamus necessaria ad salutem. Pulsate, & aperietur vobis; quod de caelesti beatitudine communiter explicatur. Et, ut bene notarunt D. Basil. loco proxime citato, & D. Augustinus in Evang. Tom. 11.

gust. tract. 102. in Ican. A magno, & omnipotenti August. Domino, non minima, ac modici valoris, ut temporalia existunt, sed magna, ac eximia, spiritualia nempe petenda sunt: aliquando vero temporalia etiam oblectanda, prout ordinantur ad bonum honestum, ac spirituale finem.

Ex quo fit, quod Deus saepe non det petentibus id, quod oblectant, quia quamvis ipsi existiment, bona, ac convenientia petere, ignorant tamen id, quod affectant; Deus autem, qui omnia penetrat, & agnoscit, tanquam verus, & piissimus pater, illa non concedit, nec praestat, ne eis sint in scandalum, & laqueum, quia, si tunc talia concederet, non daret panem necessarium, sed inutilem, nec daret utilem piscem, sed noxium serpentem; nec daret accommodatum ovum naturae, & medicamini, sed venenosum, & malum scorpionem. Quando ergo exposcimus ea, quae sunt nobis disconvenientia, si Deus illa concederet, potius esset, nos punire, quam favore prosequi; & dum illa negat, nostrae utilitati consulit; & tunc adhuc revera exaudit nostram orationem, non quoad voces, sed quoad animum, & intentionem, qua affectamus id, quod est nobis conveniens, atque bonum.

De Deo dicebat sanctus Job. 9. num. 16. Cum invocarem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam. Valde contraria videntur illa: Si se afferit exauditum a Domino, quomodo fatetur, vocem suam non fuisse auditam? Optime Deus suos sanè. Nam quamvis vox sua qua aliquid optatum oblectabat, non fuerit audita; tamen ejus affectus internus, & intentio, quibus volebat in via salutis, in omnique perfectione virtutum proficere, & augeri, maxime sunt exaudita, D. Thomas citato loco in Job. Contingit, inquit, quod Deus hominem exaudiat, non ad votum, sed ad profectum. Sicut Medicus non exaudit infirmum ad votum postulatum amovere medicinam amarum: exaudit tamen ad profectum, quia per hoc sanitatem inducit, quam maxime infirmus desiderat. Ita Deus homini, in tribulationibus constituto, tribulationes non subtrahit, quamvis deprecanti, quia scit, eas expedire ad salutem, & sic, licet Deus verè exaudiat, tamen homo se exaudiri non credit.

Ait Apostolus de se 2. Corinth. 12. num. 9. Datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanae, qui me colaphizat: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Ter, seu, ut vulg. D. Thomas, multis toties exorat Apostolus, ut inimicas, hostis, ac stimulus concupiscentiae ab eo discedat, & tamen spiritus ille ab eo non recedit, ut colligitur ex data responsione: Sufficit tibi gratia mea, tantus Apostolus non est audirus, sed repulsum habet in oratione; minime; sed maxime ejus oratio caelum penetrat, & exauditus est, non quoad voces, sed quoad profectum, & affectum. Ipse exorabat, quod ille stimulus recederet, ut ipse sine pugna ad obsequium Dei magis incumbere. Sed Apostolus adhuc totum negotium non callebat: nam virtus in infirmitate perficitur. Relinquitur ergo hostis cum omnibus suis lanceis, ac stimulis, & Apostolus magna gratia corroboratur, ut superato, & calcato hoste, ipse gloriosus triumphator magis in Dei famulatu crescat, & proficiat. Divus Ambrosius. Ter Dominum Ambrosius deprecatum se fuisse, & non impetrasse, testatur; Q. 9. 2. 1101



non quia despectum se dicit; sed quia inscius contra se peccabat, ut cessarent ab eo tentationes, per quas perfectior fiebat. Per se similiter explicant D. Thomas, Remigius, & alij.

Matth. 7. n. 1. Si ergo vos, cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se.

Ibid. num. 12. Omnia ergo quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Haec est enim lex, & Prophetarum.

VERSIONES.

Tolet. in cap. 1. Vos, cum sitis maligni. Lucae, n. 28. ex Graco.

Syriacus. Nostis munera bona dare filiis vestris.

Vatablus n. 12. Ut faciant vobis homines, talia & vos facite illis.

Tertull. ad ver. Quomodo vultis, ut faciant vobis homines.

cap. 10. D. August. lib. 2. Ut faciant vobis homines bona.

cap. 22. Theodulph. Aurelianens. in sua epist.

S. Sixtus Papa. Et vos facite illis similiter. in epistol. de malis doctoribus.

ALTER TEXTUS.

Lucae 11. n. 12. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris quanto magis Pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se.

Lucae 6. n. 31. Et prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

EXPOSITIO.

ARGUMENTATUR Dominus à minori ad majus; à terreno parente ad caelestem. Et ait: Si ergo vos, per modum conclusionis, cum sitis mali, hoc ait, dicit Hieronymus, quia non solum cum Apostolis, sed quia cum omnibus loquebatur, vel, ut dicunt Chrysostr. homil. 24. Euthy-

mius, Theophylactus, Cassianus collatione 23. Euthym. Theophyl. cap. 4. homines appellantur mali comparatione bonitatis divinae. Omnes justitiae nostrae, quasi Iesai. 64. pannus menstruatus, Iesai. 64. num. 6. Vel, ut etiam Hieron. ait Hieronymus, mali, non ob actum, sed ob propensionem, & inclinationem naturae. Seu, ut explicant S. Augustinus, & S. Thomas, non August. dicitur: Vos estis mali, sed cum sitis, seu S. Thom. quamvis mali, tamen nostis dare bona data, hoc est, bona salutifera, & utilia, data, hoc est, concessa vobis à Deo, filiis vestris, id est, vestris liberis, quia sunt filij, & paterno affectu eos diligitis.

Quanto magis Pater vester, qui omnis malitiae est expers, & cujus natura summae bonitatis est. Et nota, quod homines primò dicit malos; nunc verò filios appellat, quia malos dicit, eorum propensionem ex corrupta natura arguens, & oburgans; nunc autem eos filios nominat, dum se Patrem dicit, ut ipsos condecoret, & nobilitet. Qui est in caelis, id est, quia suis beatis in caelo manifestatur, & cujus dona sunt de caelo, & ad caelum ordinantur. Dabit bona petentibus se. Non dixit, dabit petita, quia saepe homo inscius suis vocibus petit id, quod sibi est noxium, Deus autem, ut misericors, dat id, quod est bonum. D. Remigius notat, quod dicit bona absolute, quia vera, & solida bona sunt, quae conducent ad beatitudinem. D. Lucas autem posuit: Dabit spiritum bonum; quia omnia bona per gratiam sancti Spiritus dantur.

Omnia ergo. Duas connexiones ad antecedentia ponit Chrysostr. homil. 24. Et primam, quam sequuntur Euthymius, Theophylactus, Albertus Magnus, & alij. Ut hoc dicatur veluti per compendium, & epilogum omnium, quae haecenus dicta erant. Nam supra dixerat Dominus, non esse iram concipiendam adversus proximum; mulierem alienam non concupiscendam, non esse hominem odio habendum; neminem temerè judicandum: concludit ergo, omnia, quaecumque vultis, ut faciant, &c. Secundo connectit Chrysostr. Si cupitis exaudiri, praeter illa, quae dixi, etiam justa perficite, ut quaecumque vultis, ut faciant, &c. Quia verò homo in suo proprio commodo caecitat, & non cogitat, quae sunt aliorum, ideo Dominus domestico magistro nos erudit, ut unusquisque sibi regulam constituat justè, ac rectè cum proximis vivendi, ac agendi. Unde est commune principium naturalis legis. Quod tibi non vis, alteri ne facias; quod coincidit cum hac sententia: Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis, &c.

Haec est lex, & Prophetarum; hoc est, haec est summa, & recapitulatio praeceptorum, quae in lege, & Prophetis mandantur, id est, in veteri Testamento; nam per legem intelliguntur quinque libri Decalogi, per Prophetas reliquos omnes, etiam libros Regum, & Paralipomenon, ut vult Maldonatus. Et hoc dicitur summa legis, ut ponderat Divus Augustinus, nullus enim sibi vult eripi vitam, famam, honorem, uxorem, ac opus: ergo & tu haec noli ab aliis adimere. Dabit tamen Divus Augustinus lib. 2. de serm. Domin. cap. 22. & lib. 8. de Trinitat. cap. 7. Euthymius, Albertus Magnus, Divus Paschasius; quia, cum dicitur, totam legem in duobus mandatis consistere. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum sicut te ipsum. Quomodo hic

de uno mandato dicitur: Haec est lex, Respondet primò D. Augustinus citato loco, lib. 1. de serm. Domin. hic non dicit totam legem, sed legem in hoc principio sitam esse. Illic verò dicit, hanc totam esse legem. Praclare etiam respondet citato loco de Trinit. Totam legem hic denotari; nam vera dilectio proximi dilectionem Dei includit, & ab illa, tanquam à radice procedit. Dilectio enim proximi verè, & proprie fit propter Deum primò, & per se summè dilectam. Et similis est locus apud Paulum ad Galat. 3. num. 14. & ad Rom. 13. num. 8. Qui diligit proximum, legem implevit.

Dilectio proximi totam legem includit.

Rom. 13.

QUESTIO XI.

Quomodo intelligenda sit haec sententia: Quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, vos facite illis.

57. August. Difficultas quaestioni.

Bjreit hic magnus Augustinus lib. 2. de serm. Domin. cap. 22. Potest enim aliquis velle provocari, ut immoderate bibat, ut se ingurgiet epulis, ut ad luxuriam promoveatur, ridiculum autem est, si ille existimet, implere hanc sententiam, erga alios similia praestando.

58.

Respondet primò Augustinus citato loco. Ad manifestationem sententiae legendum esse: Quaecumque vultis, ut faciant vobis bona; & ideo cum illo additamento bona tollitur omnis controversia. Secundo respondet idem Augustinus, D. Paschasius lib. 4. in Matth. Albertus Magnus, S. Thomas, quod non est necesse facere illud additamentum bona, quia Dominus ait: Quaecumque vultis, voluntas enim non est, nisi bonorum; cupiditas autem malorum est; & ideo dum dicit vultis, de bona intentione, ac opere agit.

August. Paschas. Alb. Mag. S. Thom.

59. Fulgent.

Tertiò, D. Fulgentius lib. 1. de Remissione peccatorum, cap. 17. notat, quod non dixit Dominus: Quaecumque vobis fecerint homines, eadem illis facite; sed, quaecumque vultis, ut faciant; quod de voluntate recta, ac secundum debitum naturae est intelligendum, ut observat Abulensis quae. 21. Ac proinde nostra voluntas erga nos, sit regula de ea, quam debemus habere erga fratres nostros. Quod eleganter dicit Chrysostr. homil. 13. ad populum. Christus, ait, post multas illas beatitudines dicebat: Quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, hoc & vos facite ipsis: Non est opus multis sermonibus, aut legibus, voluntas tua sit lex. Vis beneficia capere? Confer beneficium alteri. Vis, misericordiam consequi? Misere proximi. Vis laudari? Lauda alium. Vis amari, ama. Vis, paribus primis potiri? Cede illis, prius. Tu sis iudex, tu sis vira tuae legislator.

Abulens.

Chrysostr. Quod sibi homo vult, praestet aliis.

60. Incidens dubium.

Inurgit hinc difficultas. Christus hinc mandat suis: Quaecumque vultis, ut vobis homines faciant, vos facite illis. Ubi Christus praecipit, ut ita attendamus ad ea, quae sunt proximorum, sicut attendimus ad ea, quae nostra sunt; ac proinde concedit, & supponit, quod quilibet agere valeat de his, quae ad se pertinent. Apostolus Paulus 1. Corinth. 10. num. 24. ait: Nemus quod suum Sylvira in Evang. Tom. 11.

est, quare. Et etiam 1. Corinth. 13. num. 5. Charitas non quarit, quae sua sunt. Christus permittit, ut quilibet valeat cogitare de his, quae ad se pertinent; & Paulus hoc vetat; imò expressè ait ad Philipp. 2. num. 4. Non, quae sunt singuli, considerantes, sed quae aliorum. Christus Dominus permittit hominis fragilitati, ut de suis cogitet, ad miseram hominum conditionem condescendens. At Apostolus, tanquam bonus famulus; Domini vestigia sequebatur, & ad apicem perfectionis evectus, totus aliorum commodis erat impensus. Salvianus de gubernatione Dei, praefata Christi verba cum Apostolo componens, ita ait: Vides, quam fideliter praeceptum Christi fuerit executus, ubi cum Salvator, si nos pro aliis, sicut pro nobis, jussit cogitare, ille plus aliorum nos commodis jussit consulere, quam nostris: boni scilicet Domini famulus, & singularis magistri praclarus imitator, qui in vestigiis Domini sui ambulans, patientiora quodammodo, & expressiora pedibus suis fecit Domini sui esse vestigia.

Matth. 7. n. 13. Intrate per angustam portam, quia lata est porta, & spatiosa via, quae ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

Ibid. num. 14. Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam.

VERSIONES.

S. Valerius bo. Quam ampla, & spatiosa est via.

Lucifer Caralitan. lib. 1. Quae ducit ad interitum, multi ingrediuntur per illam.

S. Athanas. Theophylactus.

Quid? angusta est porta.

num. 14. S. Leo serm. 11. Angusta, & ardua est via, de Quadrage.

Syriacus. Quam parva est porta, & stricta via.

S. Maximus bo. Arcta, & angusta est via, quae ducit ad regnum, chaele.

ALTER TEXTUS.

Lucae 13. n. 24. Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quaerent intrare, & non poterunt.